




Disputatio juridica inauguralis de societate

<https://hdl.handle.net/1874/341829>





Miscellanea Doctrina


Quarto ~~V~~. n. 92.


1. Pothoven, J. De societate.
2. Ockert, J. De legatorum materia. (venditionis.
3. Schmemmann, G. Circa quaestiones selectas contractus emtionis
4. Preesfen, J. De cataracho.
5. Schaack, W. van. De chlorosi.
6. Winckel, R. ten. De emphyteusi.
7. Risscofs, J. Sanders. De usufructu.
8. Schalck, G. B. De tutoribus et curatoribus.
9. Peyners, Jb. Variar, ex singulis medicinae partibus desumptae (liones.
10. Anderfon, J. De chlorosi.
11. Borreback, Jb. De melancholia. Lh.
12. Huydecooper, J. De testamento privilegato.
13. Tobias, H. De finium regundorum actione.
14. Lunenbergh, L. à. De fidejussoribus.
15. Nylant, A. Ad L. 2. C. de resc. vend.
16. Duedensz, J. L. De legatis.
17. Pract, A. F. de. De novationibus et delegationibus.
18. Thielenus, A. De factis inter emptorem et venditorem incitis.
19. Pels, Th. f. Th. De legatis.
20. Abulerius, Nic. f. P. De variolis.
21. Houten, F. van. De angina.
22. Voorburg, Gul. à. De secundis nuptiis.
23. Coninck, S. De auctoritate tutorum.
24. Oosterland, J. De interitu civitatum.
25. Horst, J. van der. De usufructu et quemadmodum quis utatur fruatur.


26. Kerner, T. Miscellanea medico-practica.
27. Lespierre, B. de. De professione.
28. Schagen, N. De societate.
29. Vilmeder, Ph. = Jb. Schectiasma juridicum.
30. Bereuout, J. De usufructu.
31. Raesvelt, T. L. De melancholia.
32. Bronckhorst, J. De doloribus.
33. Verheye, C. De usufructu et quemadmodum quis utatur fruatur.
34. Gelsthorpe, F. De variolis.
35. Farnars, J. D. de. De fignoribus et hypothecis.
36. Fargier, J. De abortu.
37. Lmeur, J. De gangraena et sphacelo.














DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS
DE
SOCIETATE,

QUAM
FAVENTE DEO TER OPT. MAX.

Ex auctoritate Magnifici Rectoris,

D. HERMANNI WITSII,

S. S. Theol. Doctoris, ejusdemque in Inclyta Academia Ultrajectina
Professoris Ordinarii, & Ecclesiæ ibidem Pastoris facundissimi,

NEC NON

*Amplissimi Senatus Academici Consensu & Nobilissima
Facultatis JURIDICÆ Decreto,*

PRO GRADU DOCTORATUS

Summisque in UTROQUE JURE Honoribus, Commodis,
& Immunitatibus ritè & legitimè consequendis,

Eruditorum examini subijcit

JOHANNES POTHOVEN, Hagâ-Batavus.

Ad diem 23. Martii, loco horisque solitis.



ULTRAJECTI,

Ex Officinâ **FRANCISCI HALMA**, Academiae
Typographi, cło Ioc LXXXVI.



Consultissimo, ac maximè Reverendo

D O M I N O,

D. VINCENTIO
P O T H O V E N, J.U.D.
in Hollandiæ Curiis Ad-
vocato celeberrimo, Pa-
renti suo, filiali obsequio,
omni vitâ, impensissimè
colendo,

Hasce Theses Inaugurales
Juridicas,

Humillimè consecrat

JOHANNES POTHOVEN, filius,

Autor & Respondens.



DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS,
DE
SOCIETATE.

T H E S I S I.



Inter contractus, qui consensu constant, & commercii humani fundamenta sunt, non minimum locum obtinet *Societas*, cujus, uti Jure Civili constituitur, naturam, differentias, attributa, & quo modo finiatur, paucis delineabimus: Definitur, *Conventio*, quo res aut operæ mutuae communicantur, lucri faciendi causâ.

I I.

Conventio dicitur, ut appareat eos, qui casu quodam in rei communionem incidunt, ut cohæredes,

4 DISPUTATIO JURIDICA

collegatarios, socios non esse: *Communicantur* aliqua; proinde ex donatione, in quâ placet viro liberali, lucrum ex suâ re proveniens alteri, qui nihil vicissim confert, præter pium votum, commune esse, nulla societas contrahitur, *l. 5. §. 2. ff. pro socio.*

I I I.

Res aut operæ communicantur; Nihil enim interest, an utrimque res; an hinc res, illinc operæ, an verò utrimque operæ conferantur. Addimus: *Lucri faciendi causâ*; quia, ubi non lucrum communicandum, sed aliud quid pro fine est, alius actus erit, & aliud planè jus: Undè, si convenerit, ut lucrum unius socii sit, & minimè commune, qualis dicitur Leonina societas; Vel, quum materia duorum dominorum voluntate confunditur, ut massa communis sit, hic contractus non inducitur: Quamvis non obstet, unum è sociis damni expertem esse; damnum quippe, quod præter sociorum spem est, ad societatis naturam propriè non pertinet; neque absurdum videtur, inter plures unius causam esse meliorem.

I V.

Differunt Societates, quod non solum sint rerum aliquarum singularium, ut vini, frumenti, aut olei emendi vendendique; sed etiam alicujus integræ negotiationis, quæ multas res continet; imò rerum & bonorum omnium; Quæ iterum tam præsentium, quam futurorum sunt, vel præsentium tantum.

V. Hæc

V.

Hæc universalis societas vel *expressa* est, quæ verbis aut scripturâ fit; vel *Tacita*, quæ ipsâ re & facto se prodit, *l. 4. b. t.* v. g. si consortes fratres bona parentum, post eorum obitum, indivisa retineant, lucra & damna ex iis oborta, ipso facto, communia erunt; Ita quoque, moribus Hollandiæ, inter conjuges, ipso jure, communis bonorum societas est constituta, tam præsentium, quam futurorum, fructuum, accessionum, lucri & damni, imò omnium eorum, quæ hæreditatibus, legatis, donationibus, stante matrimonio, obveniunt, ut nihil alterutrius sit proprium, & soluto matrimonio superstes dimidium sibi habeat, etiamsi nihil contulerit.

VI.

Quæ tamen bonorum conjugalium societas, ipso jure introducta, ab expressâ & conventionali, etiam omnium bonorum, in hisce differt: Quod in expressâ eorum, quæ aliundè, quam ex rebus in societatem collatis, obtingunt, actu nova communicatio fieri debeat; In hæc autem tacitâ conjugali, omnia, post nuptias celebratas, alteri conjugum acquisita, per se, & ipso jure, sine novâ communicatione, fiant communia: Quod etiam ab illâ mutuo consensu vel renunciatione possit recedi, *l. 35. ff. de Reg. Jur. l. 80. ff. de solut.* Ab hæc verò nullo modo, nisi per Testamentum morte firmatum; Quod illam mors unius socii dissolvat, hæc post ipsam mortem, usque ad bonorum divisionem, vel saltem inventarium ritè confectum, duret, *Joan. à Sande lib. 2. tit. 5. defn. 9. Costab. ad l. 19. ff. b. t. num. 1.*

VII. Ex-

6 DISPUTATIO JURIDICA

V I I.

Expressa omnium absolutè bonorum, tam præsentium quam futurorum Societas, undecunque quæsitæ & quærenda, tam ex industriâ mutuâ, quam ex alieno beneficio & fortunæ dono obtingentia, ipsas quoque hæreditates, legata, fideicommissa, complectitur, *l. 3. §. 1. §. 2. ff. h. t.* Illud quoque, quod unus sociorum, ex quâcunque causâ, alteri debet, in societatis rationem venit; nisi ob maleficium suum damnatus sit, quo casu damnum solus sentit: nulla enim criminum societas initur, nec alter ob id alterius criminis damno obstringitur, *l. 52. §. ult. h. t.*

V I I I.

Ubi verò societas bonorum simpliciter contrahitur, futura, quæ extra quæstum præsentium bonorum obveniunt, non communicantur, sed ea tantum, quæ in societatem nominatim sunt deducta; Etiam tunc lucri ac damni partes utriusque erunt æquales, nisi unus aliquid plus, vel rei vel operæ, contulerit; quando lucrum geometricè, sive, habitâ proportionem, dividetur.

I X.

Si autem lucri ac damni partes ab ipsis sociis expressæ fuerint, hæservari debent, licet sint inæquales in æquali collatione, vel æquales in collatione inæquali. *§. 1. Instit. h. t.* Imò, si unâ in causâ, nempe, lucro, pars expressa sit, in alterâ, quæ omissa est, nempe damno, eadem servabitur; cujus rei fundamentum est rationis paritas.

ritas. Si unus operam solus conferat, & alter pecuniam, lucrum utrique commune esse potest, secundum Plauti dictum: *Par pari datum hostimentum est, opera pro pecuniâ.* Tamen pecuniæ periculum ad eum solum spectat, qui eam contulit, non verò ad illum, qui operas præstitit: Quâ ratione æquum quoque est, ut, finitâ societate, pecunia antè collata non inter socios dividatur, sed ejus solius maneat, qui eam contulit. *Gail. 2. obs. 24.* Nisi aliter convenerit.

X.

Finitur societas non solum morte omnium, sed etiam unius è sociis, nec ad hæredes transit, etiamsi convenisset, *l. 35. 59. in pr. ff. b. t.* In eâ enim fidei & industriæ contemplatio versatur, quæ ad hæredes, utpote virtutes animi, non transeunt; Solæ vectigalium societates sunt exceptæ, in quibus ob publicam utilitatem, conveniri potest, ut hæres succedat; nisi fortè is obierit, cujus intuitu potissimum societas inita sit, aut sine quo ea coli non possit, *vid. l. 59. § l. 63. §. 8. b. t.* Quamvis in reliquis societatibus non absolum sit, plures nominatim convenire, ut, uno mortuo, nihilominus inter superstites communicatio maneat, quod toto cælo differt a pacto, quo hæres succederet, & quod jure improbatum est.

X I.

Solvitur quoque non solum mutuo dissensu, sed & unius Renunciatione, altero invito: Quod in hoc contractu jus singulare est, contra communes regulas
de

8 DISPUTAT. JURID. INAUG.

de obligationibus solvendis; societas enim fraternitatis rationem habet, *l. 63. pr. h. t.* In qua nemo invitus retinetur, & cujus materia discordias inter non consentientes excitare solet, *l. 77. §. 20. de leg. 2.* licet ab initio convenerit, ut societas esset perpetua, a quâ, invitis cæteris, non posset resiliri; Hoc enim pactum, ut naturæ hujus contractus contrarium, potest contemni. Nullum porrò dubium, quin, finito negotio, ob quod societas inita fuit; & ubi unus sociorum civiliter fit mortuus, ea solvatur.

X I I.

Ex societate oritur *Actio pro Socio*, quæ ab omnium parte directâ est, qua socii de eo invicem tenentur, quod alteri ex contractu præstari æquum est: Et, quum mutua causâ omnium sit, non culpa levissima, verum levis præstatur, *§. 9. Instit. h. t.*

